

Cap. 21. *Syllogismus contingens.*

**S**uperest syllogismus contingens, qui ex mediis termini incertitudine probabilem tantum vim habet probandi conclusionem ad pariendum in homine opinionem. *Vulgò dicitur syllogismus dialecticus, topicus & probabilis.*

Medium hujus syllogismi ducitur è locis fermè iisdem, è quibus medium syllogismi dictici ducitur, sed alio modo; *nimirum juxta sequentes canones.*

*Canones de causâ & causato.*

1 *Quod de causâ affirmatur vel negatur, id non necessiter est de causato affirmari vel negari, & retrò.* Mediū contingens è loco causæ

Fundamentum hujus canonis est in explicatione illius & causati. canonis; Qualis causa, tale est causatum. Vide supra lib. 2. Non igitur valet: Pictor est deformis. E. etiam pictura. Vnum est bonum. E. etiam ebrietas.

2 *Positâ causâ efficiente remotâ (longinquâ) aut sublatâ, probabile est effectum ponî aut tolli:*

Ut, Nubes coguntur. E. pluet. Habet multos libros. E. doctus evadet. Hinc illud. *A posse ad esse non valet consequentia: quia posse est causa remota actus.*

3 *Cujus causa corrumpens est bona, illud est malum; & cōtrà, cujus causa corrūpens est mala, illud est bonum.*

Verbi gratiâ: virtutis moralis causa corrumpens est mala, nimirum malæ actiones. E. virtus moralis est bona. Item vitii moralis causa corrumpens est bona, nimirum actiones probæ. E. vitium morale est malum. Hic canon est contingens, non necessarius. Sæpe enim artifex corruptit rem bonam; ut & in sphærâ activitatis naturæ, ut loquuntur, vide re est, ubi corruptitur res bona, ut generatio alterius subsequatur.

4 *Positâ causâ impellente aut remotâ, contingens est effectum ponî aut removeri:*

Ut, Amat illam. E. ducet. Pulchra est. E. procum inveniet.

G g 5